Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



185

non obliuiscar sermones tuos 7

GEMEL · TRIBUTIO · UT PLENITUDO 7 Postulat populus scis qui in terra incolae sunt retribui gratiam · quae in primo parente amiserunt sed & persecutoribus eorum restituendu dicere qd agunt 7

RETRIBUE SERUO TUO UIUIFICA ME · & CUSTODIAM SERMONES TUOS 7

REUELA OCULOS MEOS · & CONSIDERABO MIRABILIA DE LEGE TUA 7

INCOLA EGO SUM IN TERRA · NON ABSCONDAS A ME MANDATA TUA 7

CONCUPIUIT ANIMA MEA · DESIDERARE IUSTIFICATIONES TUAS IN OMNI TEMPORE 7

INCREPASTI SUPERBOS · MALEDICTI QUI DECLINANT A MANDATIS TUIS 7

Gemel consolatio 7

Reuelare dicitur ē reuoluere uelum · quodam enim operimento ignorantiae interior aspectus obducitur · et nisi misericordia ipsius fuerit hoc uelamen ablatum · scripturas lumine cordis non possumus intueri 7

Potest enim et infidelis ad aliquod tempus rem bonam concupiscere · sed hoc constat tantū perfectis quod addidit omni tempore 7 hoc est enim concupiscere quod desiderare 7 nemo enim desiderat · nisi qui concupiscit · quia propter plenissimam uoluntatem indicat geminata professio 7

Retribue siquidem dicit non meritis rei dare · sed da ut qui prestitisti petitionis affectum · operationem quoque postulationis adtribue 7 seruus enim xpi dici non potest · nisi qui non suis meritis · sed diuina reputat quod boni aliquid fecit 7 dni atem mandata custodire · In animo uiuentis est 7

In hac terra iusti sunt incolae · qui propriā in mundo non habent mansionem · ut apostolus 7 conuersatio nra in celis est 7 mandata enim esse diximus · diliges dnm dm tuum 7 haec rogat ut ei nulla tenus celentur · quae peccatoribus probantur esse abscondita 7

Increpasti superbos · ut eos ad humilitatem scām quam docuisti reducere 7 maledicti sunt qui declinant a mandatis dī · sed tunc plenitudo quando dicturus erit · ite maledicti in ignē eternū 7